



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

X. De morte Jacobi fratris Domini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO III.

λέγει δὲ ὅτι σολεῖρρ (lege πατέρων, ut legit ipse Philoponus pagina sequente) ἔτει δὲ διάκονος τῆς δύστηρας οὐλυκτασθεος, ἐγένετο τὸ λίτιον ἐπελέγεις τοῦ ἑγροσθόντου φεύγειν. Harum tenebrarum, vel huius potius noctis meminist & Phlegon in Olympiadibus. Ait enim anno quarto ducentesimo secunda Olympiadis, contigisse Eclipsim Solis, cuiusmodi nulla ante cognita est. Quæ ne quis apud ipsum Philoponum mendosa putet, subjicit: ὅτι δὲ ὁ στρατηγὸς τῆς Δεσποτίας χρυσεῖς φρούριοι τὸν ἐλεύθερον, καὶ μέχρι ἐπέστρεψεν, ευκάληπτον τῷ φλέγμῳ, περέστη μὴ, ὃ τὸ λαζαρῖνον ἤγειρεν τὸ πιστόνταν ἐπελέγειν τοῦ φεύγειν χερού, τοῦ διηδούμενος.

Herod. libr. 7. Meminisse autem Phlegontem ejus Eclipseos, que contigit cum Christus Dominus de cruce penderet, & non alterius, lique primum ex eo quod ait superioribus temporibus cognitam non esse Eclipsei huiusmodi. Quæ si germana Phlegontis lectio est, Eclipsim quidem vocaverit Solis defectum hunc, sed cui Eclipsei numquam similis contingit. Reète sane, nam quoquaque modo Sol deficiat, ἐπελέγειν dici potest, & omnis defectus, sive ordinarius, sive extraordinarius, est ἐπελέγεις. Testem damus Herodotum, qui Solem ait ἐπελέγοντα, cum Xerxes trajecit in Graeciam: ὅμηνθρώποις δὲ οἱ ἄλλοι ἐπελέγονται τὸν τε ἡρακλεῖον ἀφαίνειν, ἵνα τὴν νέφελον ἐντονεῖν, αἰθεοῖς τοι μάλιστα ἀντὶ ἡμέρης τὸν νύξ ἤγειρον. Eo vero movente, Sol suam in calo stationem deservere defecit, cum nulle tunc nubes essent, verum aère valde fido: & pro die nos facta est. Atqui ordinaria Eclipseis haec non fuit, sed prodigialis & portentosa, ut demonstravit Peravius. De Carneade sic dicitur Hesychius Illustris: καρναδὸς λέγει φιλόσοφοι πελεθούσαντο, οὐ στάλιν εἰταρεῖσαν, καὶ δὲ λέγει φιλόσοφοι εἰτέντο. Carneade Libye Philosopho mortuo, defecit Luna, & Sol obscurus factus est. Quæ verba Suidas descripsit. Vides Solem & Lunam simul defecisse, quo casu incertum est: non usitata haud dubie fuerunt hi defectus: & tamen Luna dicitur ἐπελέγοντα. Quare valde falluntur Scaliger, & Vossius, qui Phlegontem significasse volunt naturalem Eclipseim. Fallitur etiam Origenes, qui quod apud Lucanum, pro eo quod vulgo legitur, καὶ στρατὸς ἐγένετο ὁ δὲ λίτος τὸ γλυκὺ ὕδωρ ἐνάντιον τοῦ λαζαρίου. Et tenebrae factæ sunt in universam terram, usque in horam nonam, & obscuratus est Sol; exemplaria nonnulla habuerint, καὶ στρατὸς ἐγένετο ὁ δὲ λίτος τὸ γλυκύ, ἐνώπιον ἐνάντιον, ἐπελέγοντο τὸ λαζαρίου. Et tenebrae factæ sunt in universam terram, usque in horam nonam, deficiente Sole; supposita haec opinatur ab Hæreticis, ad depravationem sententia, ut reprehensionibus obnoxia essent Evangelia. Utcunque enim scriperit Lucas, eadem exurget sententia, ab omni reprehensione tuta. Fallitur & ipse Africanus, qui Thallum reprehendit, quod hunc defectum Eclipsei appellaverit. Mala autem fide Phlegontem citat Bodinus in pestilentia Dialogo, cui titulum fecit, De abditiis rerum sublimium arcanis, in quo Iudaicum omne suum virus evomuit. Fingit enim Phlegontem Eclipsei hanc in annum quartum Olympiadis ccxi adscripturam Phlegon, de loco Solis siluerit. Falli denique videtur Tertullianus, cum ait loco proxime indicato: Deliquum putaverunt, qui id quoque super Christo predicationum non scierunt: delinquum enim vere fuit; at insolitum, & præter naturam. Sed redeamus ad Vossium: Terra motum, inquit, in Bithynia fuisse narrat Phlegon, at silent de terræ motu in Palestina: nempe singulas regiones motu hoc concuscas percensere non instituerat; sed eam notare latitudo habuit, quam vehementer afflictam ac præ multis percussam esse sciverat. Si tam miraculosa, inquit, Eclipseis variis terris fuisse confecta, non solus Phlegon ejus meminisset. Vero, & meminit quidem Thallus; meminerunt & Sinenses: & ut meminisset præter Phlegontem nemo, parum initiali arguento tribuimus. Eadem quoque ratione usus jam ante fuerat Origenes, cum probare vellet Iudeam solam has tenebras sensisse; cujus rationis infirmitas convicta est. Poteramus & Dionysii Areopagitæ testimonio pugnare, qui in Epistola ad Polycarpum, rem à se, & ab Apolloniane Sophista, Heliopoli Ægypti observatae narrat: verum quoniam has Dionysii Epistolas, aliasque ejusdem scriptiones in controversiam vocari video, neque sane immerto, si quid judicio valeo, hac prætermittimus.

De morte
Jacobi fratris
Domini.
Gal 1, 19.
Euseb. Hist.
libr. 1, cap. 21.
Origen. libr. 1,
& 2, contra
Cels. & in
Manh. 11.
Euseb. lib. 2,
Hist. cap. 21.
libr. 22, cap. 8. X. Jacobi interitum, ejus qui fuit frater Christi, (ἀδερφὸς τῶν Graeci appellant) quemque sibi vīsum fuisse tradidit Paulus, in literas retulit Hegesippus, scriptor Apostolorum temporibus proximus, in quinto libro Commentiorum, cuius narrationem Historia sua Eusebius intexit. Cäsum eumdem Jacobi, paulo quidem aliter ac Hegesippus, & Anani Pontificis, à quo letho datus est, crudelitatem disertis & insignibus verbis commemorat Josephus, atque id factum bonos omnes detestatos esse ait, hancque potissimum fuisse caussam, cur Deus ejusmodi impietatem ulciscens tererrima strage Hierosolymam excinderet. Testimoniorum Josephi alterum recitat Origenes in libris contra Celsum; utrumque Eusebius; quorum nunc unum duntaxat apud Josephum reperire licet. Nos utrumque, quoniam ad rei memoriam illustria sunt, & expressam Jesu Christi mentionem continent, hic recitabimus: ταῦτα γαμβρεῖς οὐ-

Petrav. De
doctri. temp.
libr. 10, cap.
24. Scalig. in Eu-
feb. Chron.
Origen. in
Manh.
Luc. 23, 44-45. Significasse volunt naturalem Eclipseim. Fallitur etiam Origenes, qui quod apud Lucanum, pro eo quod vulgo legitur, καὶ στρατὸς ἐγένετο ὁ δὲ λίτος τὸ γλυκύ ὕδωρ ἐνάντιον τοῦ λαζαρίου. Et tenebrae factæ sunt in universam terram, usque in horam nonam, & obscuratus est Sol; exemplaria nonnulla habuerint, καὶ στρατὸς ἐγένετο ὁ δὲ λίτος τὸ γλυκύ, ἐνώπιον ἐνάντιον, ἐπελέγοντο τὸ λαζαρίου. Et tenebrae factæ sunt in universam terram, usque in horam nonam, deficiente Sole; supposita haec opinatur ab Hæreticis, ad depravationem sententia, ut reprehensionibus obnoxia essent Evangelia. Utcunque enim scriperit Lucas, eadem exurget sententia, ab omni reprehensione tuta. Fallitur & ipse Africanus, qui Thallum reprehendit, quod hunc defectum Eclipsei appellaverit. Mala autem fide Phlegontem citat Bodinus in pestilentia Dialogo, cui titulum fecit, De abditiis rerum sublimium arcanis, in quo Iudaicum omne suum virus evomuit. Fingit enim Phlegontem Eclipsei hanc in annum quartum Olympiadis ccxi adscripturam Phlegon, de loco Solis siluerit. Falli denique videtur Tertullianus, cum ait loco proxime indicato: Deliquum putaverunt, qui id quoque super Christo predicationum non scierunt: delinquum enim vere fuit; at insolitum, & præter naturam. Sed redeamus ad Vossium: Terra motum, inquit, in Bithynia fuisse narrat Phlegon, at silent de terræ motu in Palestina: nempe singulas regiones motu hoc concuscas percensere non instituerat; sed eam notare latitudo habuit, quam vehementer afflictam ac præ multis percussam esse sciverat. Si tam miraculosa, inquit, Eclipseis variis terris fuisse confecta, non solus Phlegon ejus meminisset. Vero, & meminit quidem Thallus; meminerunt & Sinenses: & ut meminisset præter Phlegontem nemo, parum initiali arguento tribuimus. Eadem quoque ratione usus jam ante fuerat Origenes, cum probare vellet Iudeam solam has tenebras sensisse; cujus rationis infirmitas convicta est. Poteramus & Dionysii Areopagitæ testimonio pugnare, qui in Epistola ad Polycarpum, rem à se, & ab Apolloniane Sophista, Heliopoli Ægypti observatae narrat: verum quoniam has Dionysii Epistolas, aliasque ejusdem scriptiones in controversiam vocari video, neque sane immerto, si quid judicio valeo, hac prætermittimus.

PROPOSITIO III.

27

διοις, κατ' ἐκδίκησιν ιακώβος τῷ θηραῖ, διὸ οὐ αδύοφος ἡσθε, τῷ λεγομένῳ χριστῷ· ἐπειδὴν περὶ δικαιοσύνην αὐτὸν δύναται οἱ ιudeοὶ αἰτεῖσθαινεν. Hac autem contigerunt Iudeis, in nationem Jacobi iusti, fratris Iesu, qui dicitur Christus: quoniam eum, cum iustissimum esset, Iudei interfecerunt. Tum alibi: ὃ ἐν ταῖς περὶ Αἴαντα, ὃν τὸν αρχαιοεστὸν ἐπορθεὶ παρελόθιν, Σεπτέμβριον ἐν τῷ τετάρτῳ, Εἰ τολμαντεῖς θρησκευτεῖς, ἀπὸ διὸν τῶν ποτῶν ὅντων οὐ παρέδεσθε σωτήραν κατέπιεν, Καὶ θαυμαζαντεῖς εἰς ἄπο τὸν αδύοφον ἡσθε, οὐ χριστὸν λεγομένον (ιακώβον οὐνούσιον αὐτοῦ) καὶ πινας ἔπειρος, οὐς θαυματουστάτεν κατηρρεῖσαν πινασθέντο, παρέδεσθε λοιδονομηθῆντες. οὐσιὶ ἐνθεωρουμένοις τῷ καὶ τῷ πόλιν ἐδή, Καὶ τὰ φειδεῖ τὰς νόμιμα ἀνεξέστητα, ξαφνικαὶ μεγάλαι τέτορε. Junior autem Ananus, quem summum sacerdotium assumisse diximus, confidens erat animo, & summi opere audax. Talis ergo cum esset Ananus, iudicium consensum cogit, & coram eo sistens fratrem Iesum, qui dicitur Christus, (Iacobο illi nomen erat) & alios quosdam, impatia illis dica, tanquam violatarum legum, lapidibus necandos tradidit. Quicunque vero ex urbis incolis erant equiores, & leges accurate servabant, egre id tulerunt. Prior locus è Josephi libris eratus est. Quem quoniam tam aperte & fidenter usurparunt Origenes, & Eusebius, cum ille disputatione aduersus Ethnicos, uterque vero in media Iudeorum colluvie scriberet, & eum præterea designat Hieronymus, minime credi potest vel consuetum ab illi fuisse, vel ab aliis, aut omnino suspeccatum fuisse & dubium. Simile & illud est, quod de Josepho prædicat Hieronymus, & post Hieronymum Freculphus, & Suidas, manifestissime eum confiteri decimo octavo Antiquitatum libro, Iohannem Baptistam verè Prophetam fuisse, quod tamen illuc nusquam occurrit. Ait alibi Suidas scriptissime Josephum, ὃν οἶστε ἐν τῷ ιερῷ μῷ τῷ ιερέων ιγιαζότε. Iesum in templo cum Sacerdotibus victimas adolecuisse: quo in ipsius libris hodie non comparent. Quid ergo a falsarios dicemus Origenem, Eusebium, Hieronymum, & alios? minime vero. Longe credibilius est hæc è Josephi libris expunxisse priscos illos Iudeos; qui cum aduersus patres suos tam memorabilem impietatis testificationem à gentili suo, clarissimo scriptore, literis consignatam pati non possent, hanc dolo malo abolere conati sunt: atque ita majorum suorum cædes ac saevitiam fraudibus suis & nefarisi artibus cumularunt. Atque id quidem tanto probabilius est, quanto facilius esse constat è scriptis detrahere quippiam, quam in ea infarcire.

X I. Id si sit, veri quoque fuerit haud absimile, pari vafritie inductum olim est. Expenditur memorabile Josephi testimoniū de Christo Iesu, abs re fuitur huc referre: Tinetur ἐν τῷ πετρῷ τοῦ χειρὸς μηδέ, τοφὸς αὐτῷ ἐν τῷ ἄσθρῳ οὐ δεσμῶτος λέγεται οὐδὲ σωζόμενος ἐργον ποιήσας, Ιερουαλὶ ἀνδρεποντα, τῷ ιερῷ Τάνακτῳ τυρ. Δεκάδαντας οὐ πολλὰ μὴν ιεδαις, πολλὰς ἐν Εὐρωπῇ ἐπαργανόν οὐ κατέστη οὐδὲ οὐ τοις ἔργοις οὐ πεποντος αἰδεῖσθαι παραίσιον εἰπειποντος πλάτε, τοις ἐπανταύτοις οὐ οὐδὲν αγαπησούσις ἐφαντούσιον οὐτούτῳ ξένον οὐδεις πάλιν ζῶν, τοις δεῖσιν αρρώστοντος ταῦτα οὐ ἀλλα μετεις θαυμάσσοντα οὐτούς εἰρηκότων οὐτε τοῦ γειτονῶν θεοῦ οὐμετρόφων οὐτετέλος τοῦ φύλον. Fuit autem hoc tempore Iesus vir sapiens: si tamen virum illum oportet dicere. Erat enim mirabilium operum effector, magister hominum qui vera libenter amplectuntur. Et plurimos quidem ex Iudeis, plurimos etiam ex Gentibus ad se peritraxit. Hic erat Christus: cumque eum à primoribus gentis sue accusatum Pilatus ad crucem damnasset, ab eo diligendo non abstierunt, qui primum cœperant. Nam post tertium diem redivivus ipsis apparuit: cum divini vates hac, aliaque quamplurima admiranda de eo predixissent. Neque ad hanc diem defecit denominatum ab eo Christianorum genus. Praclarum enimvero ad Christiani dogmatis confirmationem testimonium, ut pote ab homine Iudeo, magnique nominis auctore profectum, si non anxia hominum nimis curiosorum & odiosa sedulitas pene illud labefactasset. Collecta sunt aliquot abhinc annis, & in unum liberum compacta, quaenamque ad ἐπίστεως hujus examen recentiores Scriptores disputarunt; aliis adulterinam, & à prisca Christianis pio dolo Historia Josephi assutam contendentibus; aliis contra germanum Josephi factum esse defendantibus. Me vero quando insituti operis ratio non patitur questionem inexploratam prætermittere, meamque in re toto jam controversia explicata dissimulare sententiam, confidenter pronuntio me iis assentiri non posse, à quibus in dubium vocata est testimonio hujus γνωστομε. Cur ita sentiam, facit constans & perpetuus codicum omnium Josephi, sive exaratorum calamo, sive typis impressorum, in eo retinendo consensus. Facit & Eusebius auctoritas, qui illud & in libris Demonstrationis Evangelica, & in Ecclesiastica Historia, tanquam legitimū & genuinū repræsentavit. Expressit id quoque Latinus Hieronymus in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis. Relutis idipsum in Epistolas suas Isidorus Pelusiota: in Historiis vero suis consecrarent Hermias Sozomenus, Georgius Cedrenus, & Nicephorus Callisti, & in Lexico suo Suidas; atque hinc por-

D ij